3440

Et Coram officio Castren Capitan Bransken in primo Celtorum termino peremptoria responsione omnibus controversijs exceptionibus allegationibus dillationibus apellationibus mothis evasionibus alijsq in universum iuris remedijs et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando.

Skłodo Debitum

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Bransken personaliter comparens Nobilis Simon filius Joannis Włochae dictus de Dziekety Urbarij heres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Christophero olim Stanislai Skłodo de Krasowo Czestki heredi et eius legitimis successoribus tenetur estq debitus certi veri et liquidi debiti mutualiter pecuniarum summam Centum florenorum polonicorum Quam quidem summam idem recognoscens submittit se et bona sua generaliter omnibus ... hinc et ab actu praesenti pro festo sancti Margarethae virginis et martyris proxime futuro parata pecunia solvere aut circa acta officij praesentis reponere et relinquere repositamq recipere ad se non recipere nec modo quovis arestare sub vadio similis aliorum Centum florenorum polonicorum Et Coram officio praesenti Castren Bransken peremptoria responsione omnibus controversijs exceptionibus allegationibus dillationibus evasionibus apellationibus quibusvis mothionibus vera vel simpliciter infirmitatibus actione pro maiori minoreq successionum tandem extradatione mala positionis inordinata scriptione alijsq in universum iuris remedijs et defensis legalibusq impedimentis se et suos successores uti abscribendo.

Eiusdem Cessio

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Bransken personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Nicolai Chudoba Krasowski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Christophero olim Stanislai Skłodo et eius posteris de omni et toto iure suo seu inscriptione certa principaliter per Nobilem Andream olim Nicolai Skłodo super certas partes bonorum Krasowo Czestki olim Nobili Gregorio quondam Christophori Krasowski fratri patrueli sterilibus decesso Coram actis terrestribus Bransken feria secunda ante festum sanctorum Petri et Pauli Apostolorum anno millesimo sexcentesimo vigesimo Quarto proxime transacto inscripta tandem super se recognoscentem uti fratrem Patruelem devoluta Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis ac parata Intromissione possessione tuitione et omnibus ligamentis in originali inscriptione contentis cedit et condescendit omneq et integrum ius suum in personam eius plenarie transfundit Intromissionem illi exnunc per ministerialem et Nobiles duos officio deceptandos admittendo.

Krasowski Domanowo Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Bransken personaliter comparens Nobilis Dorothea filia olim Joannis Oledzkie ex olim Nobili Hedwigi Domanowska genita consors relicta primis nuptus olim Mathiae ...sowski secundis vero nuptus relicta olim Mathiae Mocydło